

CANON VI.

In deflectione integra more scrupula discernere.

E semidiametro umbra deduc semidiametrum Lunæ ex residui numeri quadrato subtrahe quadratum latitudinis, reliqui quadrata radii est dimidium more. Ut in eodem exemplo, de semidiametro umbra, $42^{\circ} 37'$, tolle $16^{\circ}, 19'$, restant $26^{\circ}, 18'$. Ex hujus quadrato, quod est 2490084 , tolle quadratum latitudinis 2175625 , restant 314459 . Radix quadrata est 561 , scrupula $9^{\circ}, 21'$. Tanta est dimidia mora. tota igitur est $18^{\circ}, 42'$.

CANON VII.

Incidentia, emersionis, ac more, adeoque totius deflectionis intervallum agnoscere.

Cum anomalia lunari peræquata per doctrinam Canonis VII. capituli VIII., confer te ad Tabulam 11. anomalie. Signa in fronte Tabule: gradus laterales occurserunt. In commun proselide motus verus horariorum continetur, quo quidem incidentia scrupula metriæ, & ex consequenti $\frac{1}{2}$ avv. sp. , tunc mora. Exempli gratia. Anomalia lunaris tempore Plenilunii nostri per Canonem VII. capituli VIII. est S. $1, 16^{\circ} 0'$. Motus horarius ei respondens, $28^{\circ}, 29'$. Jam si scrup. $28^{\circ}, 29'$, dant horam integrum, quid exigent scrupulis $55^{\circ}, 16'$, $\frac{1}{2}$ sp. horam $15^{\circ}, 55'$. Tanta est incidentia, adeoque dimidia eclipsis. Tota igitur horas feri quantu te nuit, hoc est horas $3, 50'$. Ita scrupula $18^{\circ}, 42'$, dabant horam $0, 39'$, circiter mora lunaris in umbra.

CANON VIII.

Summam lunaris deflectionis, sive initium, medium, ac finem colligere.

De tempore vera syzygia per Canonem XI., capituli VIII. constituto subtrah tempus incidentia: habes initium deflectionis. Medium autem est ipsum vero syzygia momentum: ad quod si tempus idem incidentia, vel emersionis adcesserit: finem eclipseos alsequeris. Tum si de vera oppositionis tempore dimidia more tempus detrahas, more initium exsitet: finis autem, si idem tempus ad vera syzygia momentum addideris. In exemplo itaque nostro, vera syzygia tempus est hora $9, 8'$. post meridiem diei XXXI. Januarii. Initium eclipsis hora $7, 11^{\circ}, 8''$. Tota in umbram immergi copit hora $18, 46^{\circ}, 8''$. post horam $1, 35'$, quan obscurari coepit. & in ea manit ad horam usque $9, 26'$: à quo momento paullatim emersit. Porro in horizonte Dani-

co Uraniburgi scrupulis $5^{\circ}, 1'$. tardius ista contigerunt. Initium, Januarii 31 , hora $8, 2^{\circ}, 8''$. post meridiem. Medium hora $9, 57^{\circ}, 8''$. finis, hora $11, 51^{\circ}, 8''$. Apud Tychoem Brahe medium tempus eclipsis notatur hora $10, 9'$. Abest itaque calculus noster scrupulis 1° , si physicum tempus ulueretur.

CANON IX.


Latitudinem Luna initio & fine deliquit lunaris inventre.

Motum Solis congruentem dimidiat durationi eclipsis addit scrupulis incidentia. Summam inde conflatam subtrah de motu vero latitudinis temporis vero syzygiae competentem, quem beneficio VII. Canonis capituli VIII. produximus. habebis verum latitudinis motum ad initium eclipsis. Addit summam candeum ad verum latitudinis motum tempore vero syzygiae: habebis motum latitudinis verum ad finem eclipsis. Hoc modo latitudinem utrius termino convenienter erues ex Tabula VIII. capituli V., per Can. V. capituli VIII. Licebit autem pro Solis horario motu vero capere scrupula $2^{\circ}, 28'$. Ut quoniam dimidia duratio eclipsis superior est horarium 2° ; si scrupula $4^{\circ}, 56'$, qui est solaris motus horariorum totidem addas ad scrupulas incidentias $54^{\circ}, 32'$, confient grad. $59^{\circ}, 28'$. Que detraha de Sig. $5, 25^{\circ}, 15^{\circ}, 41'$. motum verum latitudinis tempore vero syzygiae dant $5, 24, 16^{\circ}, 13''$. motum verum latitudinis ad initium eclipsis. Addita vero, conficiunt eundem motum $5, 26, 15^{\circ}, 9''$. Priori motui latitudo competit $29^{\circ}, 45'$. Posteriori, $19^{\circ}, 29'$.

CANON X.

Typum lunaris eclipsis describere.

Colligitur per Canonem XI. hujus summa semidiametrum Lunæ, & umbræ; hñque semidiameter unius circuli magni, cuius ex centro, & intervale semidiametri umbræ solius describatur circulus minor. Tum in eadem semidiametro designetur punctum à centro distans quantitate latitudinis inventæ ad initium eclipsis, per Canonem X. ab eoque puncto parallela ducatur semidiametru circuli majoris versus eam celi partem, à quo eclipsis incipit. Deinde sub eclipsis finem latitudem per Canonem X. habita constituantur in alio puncto; ab eoque parallela altera semidiametru circuli ducatur versus eam partem, in qua definit eclipsis. Notatis utrinque punctis in circumferentia circuli majoris, in quibus finit parallela, jungantur rectæ; eaque bifarii divisa, lunares circuli tres super totidem illis punctis velut centris pingantur. Verum tota res sequenti diagrammate facilius intelligetur. In quo sculptoris negligentia littera A ad centrum nigri circuli adscribenda excidit.



Circulus

LIBER OCTAVUS. CAP. XII.

451


Circulus B, C, D, E est major ille, cuius semidiameter æqualis est semidiametru Lunæ & umbræ; etque scrupulorum $58^{\circ}, 56''$. Linea E, C est ecliptica. Linea K, L Luna semita. Circulus interior est planum umbræ, supra quod Luna fertur. In K est eclipsi initium. Tunc autem latitudo est partium $29^{\circ}, 45''$, qualium semidiametrum A, B, est $58^{\circ}, 56''$; vel A, M, $42^{\circ}, 37''$. Est autem latitudo ista linea I, A. Postea Luna ad G. perveniens minut latitudinem, eaque fit gradum $24^{\circ}, 35'$. cuius mensura est pars semidiametri G, A. Tandem cum ad L pervenit, Luna centrū latitudi, hoc est N, A sit scrupul. $19^{\circ}, 29''$. Quippe centrum A, est umbra centrum, & ecliptica punctum solari centro è reione oppositum.

Quocirca in precedenti deliquio Luna ab occidentali cœli parte, Boreoque cœli trahi in umbram incident in puncto F. unde incidentia, five ipsius incipit. Mora vero tunc initit, cum extremus Lunæ limbus fuit in circumferentia circuli interiori. Dimidia mora & eclipsis tunc fuit, cum centrum Luna erat in G. Definit mora, quando punctum Q circumferentiam circuli interiori attigit. Eclipseis vero desit, quando punctum P ad circumferentiam ejusdem circuli, & Orientalem illius limbum pervenit.

CAPUT XII.

De solarium deflectionum epilogismis.

SUPEREST totius doctrinæ caput, & longè præstantissimum, sed difficillimum scientia coelestis opus: solarium eclipsion designatio, quorum investigandrum, imò vero longè ante præfigiendarum artificium divina industria primis ab illis arcuorum naturæ concis elaboratum, ac posterioribus deinde propagatum facilius & perpolitum brevi & facilima methodo complectar.



Esto igitur triangulum Z, A, M, in quo Z sit vertice punctum, sive zenith. A verus locus Solis. M punctum Zodiaci sub meridianu situm. Latus ergo Z, A est arcus verticalis circuli à zenith ad fidus centrum A, M arcus ecliptica à Sole ad meridianam sectionem. Porro quando Novilunium in occidentali cœli parte committitur, alterum triangulum spectabitur Z, M, Δ. Nam prius ad Orientalem Novilunium situm pertinet. In alterutro triangulo quaritur latus Z, A, vel Z, Δ: hoc est arcus à zenith ad fidus. Hujus enim complementum est altitude fidus: quoniam vertex noster ab horizonte quadrante circuli diffat. Cum autem triangulum utrumvis obliquangulum sit; ut latus Z, A, vel Z, Δ, datis iis, que necessaria sunt, obrineatur, necesse est perpendiculari arcum à vertice Z ad eclipticam duci; que nonagestim gradum attingat in N, ibique ad angulos rectos eclipticam fecet: ex vulgari triangulum doctrina. Cujus laboris tedium ut tyronibus numeretur, Mullerus fecuti ad situm insignium aliquot regionum trianguli Z, N, M latera duo computavimus: Z, N, & N, M. quorum illud intervallum est à zenith ad nonagestim ecliptica gradum. N, M diffantia nonagesimi gradus à meridie versus Orientem, vel Occiden-

tem. Quibus ex Tabula compertis, nullo negotio arcum Z, A, vel Z, Δ cum angulo ad A vel Δ reperiemus. ex quibus parallaxis habetur. Ac Mullerus quidem ad altitudinem polarem graduum $42, 45, 8, 51, 52, 53$, & 56 fere Tabulam construxit suam. Nos ad aliarum regionum situm eamdem methodum accommodavimus, que apud veteres maxime deflectionum observationibus insignite fuerunt. Ac primum ad Parisiensem Poli Δ , quo est grad. $48, 45'$, epilogismos institutus: tum ad Alexandriæ, ac ceterarum civitatum altitudinem idem præstimus.

CANON I.

Date vero Solis ac Lune loco ascensione eius rectam colligere.

In Tabula IIII, capituli X., veri loci signum in fronte, gradus ad latum latius observa. Communis angulus datum Ascensionem rectam: hoc est æquinoctialis arcum ecliptica illi puncto congruentis. Sic in Novilunio anni Christi LIX, verus locus luminarium, ut ex Canone XI. capituli VI. illud intervallum erat $1, 7, 14'$: hoc est gradus $7, 14'$. Tauri. hujus Ascensio recta est, $1, 4, 53'$.

DE DOCTRINA TEMPORUM,

CANON II.


Dato vero luminarium loco scire quadratum ecliptica punctum
meridiani circulo subfit: & quantus sit arcus ecliptica inter meridianum & verum locum.

Constituto vero loco, vide quanto intervallo distet à meridiano. Pro singulis horis gradus 15, equatorius iuntur pro singulis gradibus horaria scrupula 4'. Summanus igitur ex intersecto tempore graduum ac scrupulorum collectam subtrahe de Ascensione recta veri loci Canonem proximo reperta, si Novilium meridiem precedat adde vero, si post meridiem incurrat, quod ex calculo confit conjice in Tabulam IIII. capituli x, eique respondens in fronte signum; ad latus gradum require. Hoc erit Zodiaci punctum, quod à meridiano circulo secabitur. Exemplum: Novilium nostrum contigit, ut ex Canone XI. capituli VII. patet, hora 11, 53', 3" apparet tempore post medium noctem in meridiano Lutetiae: Rome hora 12, 43', 3". Accedit itaque post meridiem hora 0, 43', 3", quibus congruent gradus aequatorialis 10, 43': quos addere oportet ad ascensionem rectam veri loci, quam Canone antecedenti repertum, 1, 4, 53". Confit 1, 15, 38'. cui responderet in Tabula Ascensionis rectarum Tauri gradus 18, 7'. Hac est ecliptica meridiana secio. Intervallum inter verum locum, & sectionem, gradum 10, 53'.

CANON III.

Data meridiani & ecliptica sectione, communem angulum, & sectionis à vertice distantiam habere.

Ex Tabula v. angulum excipe, quem duo illi arcus



est Z, ad meridianam sectionem; cuius quantitas ex Canone IIII. confitat. Latus A, B est ecliptica arcus à meridianae sectione ad nonagefimum gradum: qui in A finitur. Ad hujus ergo trianguli datus latere Z, B per Can. IIII., & angulo B per eundem, una cum recto ad A, innotefecit arcus Z, A; & A, B. quod Logarithmorum admirabili compendio sic habetur.

Esto enim in exemplo nostro arcus Z, B, gradum 24, 44', cuius sinus Logarithmus 96215870, & angulus B gradum 73, 53', cuius sinus Logarithmus 99825870. Ut si habet sinus totus 10000000, id est angulus A, ad Z, B; ita sinus anguli grad. 73, 53', id est B, ad Z, A quæsumum. Sic ergo calculus proceder.

Logarithmus Z, B,	96215870
Logarith. ang. B	99825870
Summa	196041740
Subtrahe	100000000
Restat Z, A. grad. 23, 42	96041740

Latus A, B sic eruir. Ut se habet Sinus totus ad complementum anguli noti B; ita tangens basis cognita, Z, B, ad Tangentem lateris quæsumi.

Logarithmus complementi anguli B	94434102
Tangens Z, B	96633745
Summa utriusque	191067847
Subtrahatur	100000000
Restat Tangens lateris A, B, grad. 7, 17'. ferè	91067847

Quocirca diffat gradus nonagefimus à verticali punto gradibus 23, 42' à meridiani circulo gradibus 7, 17' verius Orientem: quoniam meridiana secio fit in Tauri 18. per Canonom XI. Si igitur ad Tauri gradus 18, 7', adjicias 7, 17'. nonagefimus ecliptica gradus erit in Tauri 25, 24'. Aufer inde verum Solis locum, qui jam repertus est in Tauri gradu 7, 14'; restant gradus 18, 10'. Tanta est distantia nonagefimi gradus à verò Solis loco verius ortum in horizonte Rome.

LIBER OCTAVUS. CAP. XII.

CANON V.

Idem facilius per Tabulas obtinere.

Inventa meridiana sectione per Canonom XI. confer te ad Tabulam VI, & ad altitudinem poli, quem delegeris, quare signum in quo secatur ecliptica. Si in fronte sit, nonagefimus gradus Orientem versus à meridiano recedit. Si in calce sit, versus Occidentem. Gradus à levâ reperies: è quibus proportionalem partem excipes, si expressi non occurrant. Cuilibet signo duplex colom subficitur. Pruis Z, N est distantia nonagefimi gradus à zenith. Posterioris N, M est distantia nonagefimi gradus à meridie. Hunc arcum, si signum super fuerit, ad meridianam sectionem adiace. Si infra, detrahe: ut confet nonagefimi gradus in ecliptica loco, ejusque à vero loco discriben. Cim igitur ecliptica meridiana secio fit in Tauri 18: ad gradum 15. in elevatione poli gradum 42, adscripti sunt sub Z, N, gradus 24, 23'; sub N, M, gradus 8, 1'; & ad gradum 20, sub Z, N, 23, 15'. Sub N, M, 6, 54'. Differencia in Z, N, gradus 1, 8'; in N, M, gradus 1, 7'. meridiana nostra secio supra 15. gradus habet 3, 7': quibus per auream regulam competent gradus in priori 8, 41', in posteriori 10, 42'. utroque subtrahendi. Restabunt er-

go gradus 23, 42', quod est latus Z, N; & 7, 19', latus N, M. Cetera ut in Canone antecedenti.

CANON VI.

Altitudinem Solis ab horizonte vera syzygiæ tempore definita, una cum ejus à vertice distantia, & angulo sectionis.

Per Canonom IV, vel v. colligatur arcus distantia nonagefimi gradus à zenith, & à vero Solis loco. Tum in triangulo aliquo puti Z, A, B, esto B locus Solis versus. A nonagefimus gradus in arcu ecliptica A, B. Arcus Z, B est distantia Solis à verticali punto, cuius complementum est altitudo Solis, vel distantia arcus ab horizonte. Hic igitur eruidus est, una cum angulo ad B. Arcus hac methodo colligitur. Ut fe habet finis totus ad finum complementi lateris Z, A cogniti: ita finis complementi lateris A, B noti ad finum complementi basis Z, B; five ad Solis altitudinem. Angulus posterior ita deprehenditur. Ut est finis totus ad Tangentem complementi basis: ita Tangens lateris angulo ignoto B adjacentis, nempe lateris A, B, ad complementum anguli B. Exemplum. Latus Z, A, per Canones antecedentes constitutur gradum 23, 42'. Latus A, B, 18, 10'. Sic ergo progredere.

Praxis altitudinis Solis eruenda.

Complement. Z, A	Logarithmi
Complement A, B	99777938
Summa	199395292
Detracit	100000000
Residuum est altitudo Solis	99395292
graduum, 60, 28', cuius com- plem. 29, 32'. Basis, Z, B.	

Praxis anguli colligendi.

Tang. complem. Z, B	Logarithmi
Tangens A, B	95160575
Summa	197628261
Detrahe	100000000
Residuum est Compl. anguli B	97628261
graduum, 35, 24', cuius com- plem., 54, 36'.	

Habemus Solis altitudinem hora 0, 43', post meridiem, Roma, gradum 60, 28'. Anguli vero duo paralleli sunt; major quidem, 54, 36'; minor, 35, 24'.

CANON VII.

Parallaxin Solis & Lunæ, tam absolutam, quam longitudinis à Sole concipere.

Per Canonom VIII. capituli VIII, quare ex Tabula Prostaphæron distantiam Lunæ à centro: & cum gradu altitudinis proximo Canone quæsumi ad Tabulam VI. capituli X. Altitudinem à levâ lateri nota. communis angulus sub titulo SOLIS, dabit parallaxin Solis. In reliquo columnis sub distantia Lunæ à centro exercite parallaxin absolutorum Lunæ in circulo verticali. Detracta polari de Lunæ parallaxi: conseruit parallaxis longitudinis à Sole in verticali circulo. Ut quoniam Novilium nostri tempore distabat à centro Luna 99761. partibus: in Tabula gradum altitudinis 60, reperi: cui responderet parallaxis Solis 2'; & propter scrupul 38'. ferè, detractis circa 10'. secundis, vera parallaxis Solis est 1, 50, 6''. Luna parallaxis absoluta sub distantia 100877; cui nostra propinquior est: per equatione facta, relinquitur 30', 50''. Unde solari detracta, superest parallaxis in longitudinem in verticali circulo, 29'.

CANON VIII.

Parallaxin verticalis circuli in longitudinem, & latitudinem distribuere.

Parallaxi Lunæ proximo Canone reporta, nec non angulis duobus per Canonom VI, revocetur schema parallacticum capite x. ex Rheinolodo descriptum. In quo triangulum parvum F, H, G notandum est. cuius latus F, G est parallaxis in verticali circulo. angulus H rebus est. angulus item G, F, H aequalis est angulo per Canonom VI, invento: cum sint ad verticem oppositi

Facile igitur innescit latera duo, F, H, & G, H. quæ tangentis arcus sint, tamen ob brevitatem pro rectis lincis habentur. Unde & anguli ad F complementum erit angulus G ad 90. Exemplum. Latus F, H, est scrupul 29'. Angulus G, F, H grad. 54, 36': angulus vero ad G gradum 35, 24'. Quare ut finis rectus, five angulus H, ad G, F, parallaxin ~~universitatem~~; ita finis anguli 35, 24', qui est 521352. ad parallaxin longitudinalis.

Ut 100, 000 ad 29, sic 521352. ad parallaxin longitudinalis, 16', 48".

Item, Ut 100, 000 ad 29, sic 81513. ad parallaxin latitudinis, 23, 40.

CANON IX.

Quantum apparet syzygia à vera distet motu vero;
& utra præcedat investigare.

Per motum horariorum verum ex Tabula metire parallaxin longitudinalis antecedentis canonis doctrina comprehendit. habebis veram apparentis syzygiæ à vera distantiam. Porro si novilium in orientali cœli parte, id est antequam nonagefimum gradum attigerit, committatur; apparentis conjunctio veram antecedit: ac de apparente vero subtrahendum distantia tempus, ut apparentis exprimatur. Si contingat novilium in Occidentali quadrante post gradum nonagefimum: (quem ex Canonom IV, & V. colligimus;) vera conjunctio prior est apparente: adeoque distantia tempore ad veræ tempus addito, apparentis syzygiæ tempus efficiens. Exempli gratia motus horariorum per Canonom IX. capituli VIIII. delectus est scrupul 31'. Parallaxis longitudinis per antecedentem est 17'. ferè: quæ scrupulis 33. circiter horariorum Luna conficit. Cum autem in Occidentali quadrante syzygia reperiatur; additis scrupulis horariorum 33. ad veræ synodi tempus, quod est hor. 12, 43', 3". Roma; confit apparentis syzygia horis post medium noctem 13, 16', 3".

CANON X.

Apparens conjunctio quantum à verā motu apparente dicitur invenire.

Superiori Canone motum horarum verum inquisivimus. Quoniam verò sub defectionis tempus plurimum varietatis in apparentem motum propter $\Delta\alpha$ incidit: idē tempus apparente sicut methodo discernetur. Ad datū tempori initium, & finem queratur parallaxis Luna secundūm longitudinē. Parallaxon differentia his legibus dematur aut addatur, ex Canone iv. Prutenico. Primum animadverte, num integrum tempus datum in Orientali parte consumutum; si ve ante gradum nonageſimum: an totum in Occidentali. Rursus parallaxis aut major est ad initium temporis, aut minor. Secundūm hæc tres sunt regula. Prima: si totum tempus in Orientali quadrante consumutum, & parallaxis ad initium temporis major sit, quam ad finem, differentiam parallaxeō aufer vero motu Luna à Sole. Si minor sit initio parallaxis: addere. Secunda: si totum tempus in Occidentali quadrante transfigitur; & parallaxis ad initium temporis major sit, quam ad finem; differentiam ambārum adeo vera elevatione Luna à Sole. Si minor sit, aufer a vero motu. Tertia: si datum tempus ambos in quadrantes distribuitur, utramque parallaxis adjunge vero motui, (ai Rheinoldus.) At Mullerus pag. 463, hanc tertiam Erasmi Rheinoldi regulam merito canticat. Non enim utraque parallaxis adjungenda vero motui: sed partiendum tempus ac per doctrinam Canonis vi. negotium ita conficiatur.

PRAXIS INVESTIGATIONIS ALTITUDINIS SOLIS.

	PRAXIS ANGULORUM PARALLACTICORUM.
Logarithmi	Logarithmi
Complement Z, A	99671658
Complement B, A	99597105
Summa	199268763
Subducatur	100000000
Restat	99268763 grad. 57,40'; cujus compl. 44,30'.

Altitudo Solis est gradum 57, 40'. Angulus longitudinis 45, 30'. Latitudinis, 44, 30'. Per hos colligitur parallaxis longitudinis 22'. Latitudinis vero 21', 43'. Differentia parallaxeō longitudinis est 6'; ea detrahenda sunt ex regula 2, de scrupul. 17', quæ Luna pergrat spatio hora 0, 32', ut hoc tempore nonnisi scrupula 12' conficiat. Si ergo Luna hora 0, 32' dat 12', quid dabunt scrupul. 17'? nempe horam 0, 45', quæ addita ad tempus vera syzygia, reddunt apparentem hora 13, 28', 33'.

CANON XI.

Tempus syzygiae apparentis examinare.

Erasmus Rheinoldus hanc praescribit regulam cap.

Quando vera luminarium distantia quam Parallaxis longitudinis fuerit	Major in quadrante.	Orientali	Adde.
		Occidentali	Subtrahe.
Minor in quadrante.	Orientali	Subtrahe.	
	Occidentali	Adde.	

Exemplum Novilunii nostri apparentis tempore, quod Romā contigit Aprilis 30, 13, 28', 33'; parallaxis longitudinis per methodum Canoni superiorum investigabitur scrupulorum 24': Latitudinis vero 21'. Motus horarum verus inventus est 31'. Distantia vera & apparentis synodi, scrupulorum 45', 0'. horario-

rum. Cum igitur Luna scrupulis horariis 60' peragat scrupula 31'; spatio 45', 0', conficit 23, 15', ferè. Minor est distantia parallaxi scrupulis 45', quæ ita refolvet. Luna motu apparente percurrit scrupul. 17', scrupulis horariis 45', 0'. Ergo motus longitudinis scrupula 45', complebit scrupulis horariis ferè 2, 0'. Quoniam igitur luminarium

in duas portiones ultra citrāque gradum nonageſimum, & unaquaque pars temporis secundūm priores duas regulas feorū dimicet. Sed hoc rarius incidit. Vide quæ illic Mullerus explicavit.

Sic in exemplo superiori, quandoquidem intervalum inter apparentem, & veram syzygiam est scrupulorum horariorum 33', ac syzygia φ α ν δ γ committit hora 13, 16'. post medianam noctem; quartenda parallaxis est ad hoc tempus ex methodo Canonum antecedentium.

Imprimis ex Canone vii, capitū viii, Luna motus aquandū est: hoc est tempori parallactico respondens Luna motus addendus est ad verum illius locum tempore vera syzygia, si apparente posterior sit: detrahendus si prior. Quare additis scrupulis 16', 46', que Luna scrupulis horariis 33' emerit, ad verum locum 1, 7, 15', 11', conficitur verus Luna locus tempore apparentis; 1, 7, 31', 57'. Rursus cum scrupulis 33' unius horae equinoctialis gradibus 8, 15', respondent, addendi erunt ad Ascensionis rectam meridianā sectionis, Canone ii. confitutam, 1, 15', 38'. ut sit Ascensionis recta tempore apparentis; 1, 23, 53', cui congruit 26, 13' gradus Tauri. Cū hoc ingressus Tabulam vi, reperto latus Z, N gradum 22, 0'; & N, M. grad. 5, 38'. Additis ergo gradibus 5, 38' ad meridianā sectionis, id est gradum 26, 3' Tauri; nonageſimum gradus incidit in Gemini gradum 1, 50', de quo iubido vero loco Luna, reltant gradus 24, 18'. Repertus triangulum Z, A, B ex Canone iv: in quo Z, A sit latus Z, N, 22, 0' gradum à zenith ad nonageſimum. Latus A, B est arcus interjectus inter nonageſimum, & verum locum Solis, gradum 24, 18, 12'. ac per doctrinam Canonis vi. negotium ita conficiatur.

LIBER OCTAVUS, CAP. XII.

narium distantia minor est quam parallaxis in Occidentali quadrante; additis ministris illis, exquisitum synodi tempus apparentis contigit hora 13, 30', 12'. post mediam noctem die xxx. Aprilis.

CANON XII.

Solaris eclipsis quantitatem per digitos computare.

Habentur ex superiori Canone parallaxis latitudinis Luna tempore apparentis syzygia, & semidiometrum Solis, ac Luna ex Canone i. capitū xi. tum coequato motu latitudinis per Canonem vii. capitū viii, vera latitudo tempore apparentis syzygia ex Canone xiii. capitū ejusdem habentur. Parallaxis deinde latitudinis ex latitudine Borei quidem deducatur: Auftrali autem addatur. Quod si minor sit latitudine parallaxis, minor ex maiore subtrahatur: residuum erit apparentis latitudo borealis; si minor fuit parallaxis: auftralis vero; si major. Postremo residuum illud de summa semidiometrum Solis ac Luna detractum, quod reliquum facit, id in 6. ductum per Solis semidiometrum dividatur. Quotus digiti eclipticis dabit. Tempore apparentis Novilunii æquato motu vero latitudinis, additis 24', 48', que debentur hora 0, 45'; ut si motus latitudinis S. 5, 27, 16', 7'; Latitudo vera conficitur 14, 13', que sublate de parallaxi latitudini scrupulorum 21', 0' tempore apparentis synodi, relinquit 6', 47'. Latitudinem australis apparentem. Ea deducitur ex semidiometrum Solis ac Luna summa, que est 28', 51'. Restant 22', 4''. Jam Solis semidiometer est scrupul. 15', ferè. Si ergo scrupul. 15'. dant 6, dabunt scrupul. 22'. digiti 8, 48'. Tanta fuit eclipsis.

CANON XIII.

Eclipsi Solis futuram certi praesagire.

Summa semidiometrum Solis ac Luna per Canonem i. capitū antecedentis habentur: & cum ea conferatur apparentis latitudo Luna per Canonem superiorē inventa. Si minor sit latitudo; eclipsi fore non dubitabit. Si major, nulla prorsus est futura. Novilunium itaque noltrum eclipticum fuit. Quippe latitudo φ α ν δ γ scrupulorum 6', 47'. At semidiometrum summa, 28', 52".

CANON XIV.

Incidentia & emersionis scrupula colligere.

De summa semidiometrum detrahe latitudinem ap-

parentem ex methodo Canonis xi. Utramque in ferula secunda multiplicatam duc in seipsum, ut ambaram quadrata conficiat. Radix quadrata differentia quadratorum exhibebit scrupula & incidentia. In exemplo nostro; summa semidiometrorum quadratum est 2996361''. Quadratum vix latitudinis 165649. Differentia 2830712. Hujus radix quadrata, 1682, qua sunt scrupula prima, 28', 2''. Tanta est incidentia, & φ α ν δ γ scrupula.

CANON XV.

Verum & apparente incidentia tempus conficerre.

Quod ad verum motum attinet: per Canonem ix. capitū vii. motum horarum collige; & ex eo incidentia scrupula metue. Sumatur ex Tabula motus horariorum verus circa 3'. Incidentia scrupula sunt ex antecedenti Canone 28', 2''. Ea percurrentur scrupulis horariorum 54'. Apparentes autem motus paulo laboriosius inventuri. Constituto tempore conjunctionis apparentis per Canonem x., & parallaxi longitudinis ad ejus momentum, simili methodo parallaxin longitudinis ad horam unam ante apparentem conjunctionem ex doctrina Canonis vii, hujus exceres. Differentiam utriusque ex prescripto Canonis x. addes vel subtrahes motu horario vero. Existet motus horariorum apparentes; quem ad scrupula incidentia transferes. In exemplo nostro præcepti usus innovescit. Tempore igitur apparentis synodi Luna locus verus, additis scilicet scrupulis 22', 51', (que distantia temporis apparentis & verae synodi competunt ad verum Luna locum, qui inventus est, 1, 7, 15', 11'), Canone xi, cap. viii, conficitur 1, 7, 31', 2''. Anomalia Luna, 8, 18, 9, 24''. Motus latitudinis verus 5, 27, 16', 7''. Ita per equatus motibus, subtrahere motum horariorum Luna de totidem generibus. Relinquetur ad horam unam ante apparentem Lunæ locum verus 1, 7, 7, 33''. Anomalia lunaris, 8, 17, 36', 44''. Latitud. 5, 26, 43, 2''. Ascensionis recta meridianæ sectionis tempore apparentis syzygia fuit, 1, 26, 58''. Deductis gradibus 15, hora una ante ipsam remanent S. 1, 11, 58', cui responderet gradus Tauri 14, 27', in quo facta est meridianā sectio. Cum hoc adeundu Tabula vi, & ex ea repetitriangulo Canone iv, latus Z, N, five Z, A colligendum, gradum 24, 31': & latus M, N; five A, B, gradum 8, 9'. Addantur itaque ad meridianā sectionem gradus 8, 9', ut sit nonagesim gradus in gradu Tauri 22, 35', qui à vero loco distat gradibus 15, 27'. His animadverbis altitudinem Solis & angulos ita conficies.

CANON XVI.

Emersionis tempus apparentis inquirere.

Non idem semper est emersionis tempus, quod φ α ν δ γ .

Igitur apparentis tempus hoc modo colligitur. Ad horam unam post apparentem synodum, querenda parallaxis longitudinis ex canone x. tum ejus ab ea, que apparentis tempore est inventa, differentiæ, quæ ad horariorum motum per caſtigatum anomaliæ expreſsum applicanda secundum regulas Canonis x. Inde motus apparentis horariorum elicetur. Hora una post Novilunium nostrum

Praxis altitudinis Solis hora una ante apparentem synodiam.	Praxis angulorum parallacticorum.
Logarithmi.	Logarithmi.
Complementum Z, A	99589653
Complementum A, B	99840154
Summa, deductio Sinuoto	99429807 grad. 61, 17', cujus compl. est basis grad. 28, 43'.
	97028431 grad. 30, 18'. Compl. 59, 42'.

nostrum apparet; locus verus Luna fuit in Tauri 8, 9'. la vi, fuit, 19, 23'. Differentia nonag. gradus à meridiano versus ortum, 2, 31. Latus ergo A, B 37, 44'. Anomalia 8, 18, 42'. Meridiana sec̄io additis gradibus 15, in Ascensione Sig. 2, 11, 58'. id est Geminorum 13, 22'. Latus Z, A in Triang. Canonis iv, ex Tabu-

la vi, fuit, 19, 23'. Differentia nonag. gradus à meridiano versus ortum, 2, 31. Latus ergo A, B 37, 44'. Ex his inquiretur altitudo Solis, & angulus parallaxis in longitudinem, ut in canone superiori.

Complement. Z, A	99746589	Tang. compl. Z, B	100493751
Complement. A, B	98981028	Tang. A, B	98886383
Summa, deducto Sinu toto grad. 48, 15'. compl. ejus grad. 41, 45'.	98727625	Summa deducto radio grad. 60, 7.	99380136

Altitudo Solis est 48, 15'. ferè. per quam parallaxis in verticali, deducta solari, colligitur ex Tab. viii, scrup. 39'. Angulus parallaxis in longitudinem est 60, 7'. Parallaxis ergo Longitudinis est, 33, 48''. ferè. Differentia hujus & alterius tempore apparentis synodi, 9, 48''. Motus horariorum verus per anomaliam catalogam elicetur ex Tabula 31, 33''. Detracit scrupulis 9', 48'', apparentes motus horariorum est 21, 45''. Unde scrupula emerionis 28', 2', conficit hora 1, 16'.

CANON XVII.

Eclipsi solaris initium, & finem, ac durationem explicare.


Ab apparente synodo dematur incidentia tempus apparentis ex Canone xiv. quæstum. proibit initium. Addatur ad eandem emerionis tempus ex Canone xv; & finis existet. Ambo tempora conjuncta totius eclipsis durationem efficiunt.

Novilunium apparente, quod in exemplum hactenus attulimus, contigit anno Christi lxx, Aprilis xxx, hora 13, 28'. à media nocte, tempore physico, Romæ. Detrahe horam 1, 15, 0''. quod est tempus incidentia. caput eclipsi hora 12, 13'. Adde horam 1, 16'. ad apparentem. Finis eclipsi hora 14, 44', id est hora teritia pomeridiana. Duravit horas 2, 31'.

CANON XVIII.

Latitudinem apparentem Lunæ ad initium & finem eclipsi invenire.

Apparentem Lunæ latitudinem ad tempus apparentis syzygia per Canonem xi. constantem confer in Tabulam viii. capituli v, que est latitudinis Lunæ, & ad arcum propriam applica. Tum ei congruentem motum latitudinis excere. De quo si incidentia scrupula detrahatur, habes verum motum latitudinis visu ad initium eclipsi. Si adicias, ad finem. Per utrumque deinde competentem latitudinem collige.



Esto igitur linea A, B in partes æquales 60. divisa. Ex hac sumantur partes 29. ferè: quot in ambabus Lunæ Solisque diametris eclipsis tempore fuerint: atque hoc intervallo, centro A, describatur circulus B, F, D, C; cuius diameter par est utrius Solis ac Lunæ diametro, nimis partium 57, 42''; qualium linea A, B est 60. In circulo diametri due ω s sunt B, D, Emerit autem Sol, cum primum Lunæ centrum in M pervenit, & iisque latitudo fuit partium 9, 12'': hoc est A, G. Incidentia est linea N, L. Emeritio L, M.

Summa calculi deflectionis solaris anno Christi lxx
in meridiano Rome.

Vera conjunctio Aprilis xxx, hora 12 43' 0"	Post medianam noctem tempore apparenti.
Principium visible eclipsis, hora 12 13 0	
Medium eclipsis, hora 13 28 0	
Finis eclipsis, hora 14 44 0	
Tempus incidentia, hora 1 15 0	
Tempus emerionis, hora 1 16 0	
Tota duratio, hora 2 31 0	
Digitus ecliptici, 8 min. 48 0	

Plinius lib. 11, cap. lxxxi. hanc eamdem eclipsi vim sub eadem poli altitudine graduum 42. Est autem in Campania dicit hora inter septimam, & octavam. Igitur & nos illam ad Caputæ horizontem exigi-

Vera conjunctio Caputæ, Aprilis xxx, hora 13 1	Post medianam noctem physico tempore.
Principium visible eclipsis, hora 12 39	
Medium eclipsis, hora 13 52	
Finis eclipsis, hora 14 59	
Tempus incidentia, hora 1 13	
Tempus emerionis, hora 1 7	
Tota duratio, hora 2 20	
Digitus ecliptici, 9 ferè.	

Arcus semidiurnus est horarum 6, 50'. Oritur ergo Sol hora 5, 10'. Tota dies obtinet horas aequinoctiales 13, 40', quae sunt scrupula horaria 820'. Ea si in 12 horas ~~xviij~~ dividat, singulis obvenient scrupul. 68'. Quia septies multiplicata dant scrupula horaria 476': que conficiunt aequinoctiales horas, 7, 56'. Ea ad horas 5, 10', additae compleant aequinoctiales horas 13, 6'. Igitur videri coepit eclipsis Caput hora ~~xviij~~ septima & dimidia fere.

CAPUT XIII.

Ufus & examen Tabularum Parifinarum. Luminarium aliquot defectionum experimentis approbatur.

CUM à nobis tradita hoc in libro methodi, invero astronomiae totius præcipuum opus in eo possumus sit, ut solares, ac lunares defectiones quam certam adferunt.

Prima Luna defecit, quam Tycho Brahe anno MDLXXIIII. reprehendit, Decembri VIII, hora post meridiem 8, 3', Uraniburgi.

Aureus numerus XVI, cyclo Solis XIV, D.

Plenilunium medium Lutetiae Parifinarum contigit noctem: Uraniburgi hora 4, 29, 34". ad quod tempus Decemb. IX. feria IV, hora 3, 38', 34". post medianum mediit motus ita colliguntur.

Longit. Solis	Anom. Solis	Anom. Luna	Motus latitu-
S. G.	S. G.	S. G.	S. G.
8 27 30 18	5 22 13 56	7 28 55 47	0 2 35 29
Prosthaphæresis { Solis, 0 17' 1" S } Luna, 4 19 35 A }	Summa 4 36' 36"	Tempus Prosthaphæret. hor. 9 5' 8"	
Anomalia castigata { Solis, Sig. 5 21 51 33' Luna, Sig. 7 23 59 6 }	Prosthaphæt. 0 15' 39" S }	Summa 4 21' 24"	

Tempus Prosthaphæticum, hor. 8, 33'. S.

Plenilunium verum Uraniburgi, Decembri VIII, feria 3, hora 19, 50', 28". Medium locus Solis tempore vera oppositionis, Sig. 8, 27, 9', 23". Detraha prosthaphæresi Solis ultimo reporta, verus locus est in Sagittarii 26, 53', 44". Propera aequationem dierum additis scrupul. 1', 5" Oppositio vera tempore physico contigit hora 19, 57', 33". Differt ab observatione Tychonis scrupulis tantum 5'.

Motus latitudinis medius ad tempus vera syzygia.

DIGITI 21. Tota ergo defecit.

Quadratum semidiometrorum umbra & Lunæ, 14432401" } Differentia 14055405".
Latitudinis vera quadratum est 376996.

Radix differentia, 3749", five 62', 29", quae sunt 17". Hujus quadratum est 2879809". Quadratum latitudinis minus est ito scrupulis 250:813", que sunt 26, 29", conficit spatio hora 1, 53". Quibus debentur ex vero motu horaria scrupula 48". Tota itaque mora tenuit horam 1, 36".

Differentia semidiometrorum umbrae ac Lunæ est 28".

Initium defectionis,	hora 6 3' 28"	S. G.
Mora initium,	hora 7 9 33	
Medium eclipsis,	hora 7 57 33	
Ultimum mora punctum,	hora 8 45 33	
Finis eclipsis,	hora 9 50 33	
Tota duratio	horarum 3 46	
Examen verae syzygiae.		
Medius locus Solis tempore verae Oppositionis	8 27 9 23	
Medius locus Lunæ eodem tempore addendus	5 25 39 25	
Media distantia Lunæ ab aequinoctio,	2 22 48 48	
Prosthaphæresis Lunæ addenda,	4 5 45	
Vera distantia Lunæ,	2 26 54 33	
Verus locus Solis subtrahendus,	8 26 53 44	
Restant	6 0 0 49	

Satis accuratus ergo calculis fuit. Nam 49" paulò plus exigunt 1, 30' hora unius.

Eclipsi 11. Luna, qua anno MDLXXVI. notata est, Octobris VII, feria I, hora 11, 23'. ut Christianus Longmontanus emendar. (Nam apud Typhonem 11, 32' legitur.) post meridiem Uraniburgi.

Aureus numerus XIX, cyclo Solis XVII, A. G.

Plenilunium medium Lutetiae Octobris VII, feria I, hora 5, 20', 34". Uraniburgi hora 6, 11', 34".

Longit. Solis	Anom. Solis	Anom. Luna	Motus latitu-
S. G.	S. G.	S. G.	S. G.
6 26 14 27	3 20 56	8 2 2 30 36	11 26 3 42
Prosthaphæresis { Solis, 1 56' 3" S }	Luna, 4 21 17 S }	Differentia 2 25' 14"	Tempus hor. 4 46 A.
Anomalia peraqua { Solis, 3 21 7 52" }	Luna, 2 5 6 38 }	Prosthaphæt. 5 55 57 S }	Differentia 2 31 32"

Tempus Prosthaphæticum, hor. 4, 58'. A. Plenilunium verum Uraniburgi, hora 11, 9, 34" post meridiem. Subtrahita prosthaphæresi; verus motus latitudinis 11, 23, 50', 29". Latitudo vera, 32', 1" Australis. Semidiameter Luna 16', 36". Umbra vero 43', 58". Verus autem 6, 24, 31, 44". Additis 7', 20", Plenilunium physico tempore hora 11, 16', 54". Distat ab obseruatione scrupulis 8". Motus latitudinis medius tempore apparentis 11, 28,

DIGITI 9". Fuit ergo partialis.

Quadratum semidiometrorum umbrae & Lunæ, 12880921" } Differentia 9190680". Quadratum latitudinis veræ.

Radix differentia, 3011", five 50', 11". Quibus ex ratione motus horatii veri, qui est scrupul. 29', competrerat hora 1, 43'. Tanta est incidentia, cùque par emerito.

Initium eclipsis,	hora 9 33 58"	
Medium,	hora 11 16 58	post meridiem.
Finis Octobris VIII,	hora 0 59 58	post medianum noctem.
Tota duratio,	horarum 3 26 0	
Examen calculi lunaris.		
Medius locus Solis,	6 26 26 41	
Medius locus Lunæ,	6 2 31 21	
Summa, qua & media distantia Lunæ ab aequinoctio,	0 28 58 2	
Prosthaphæresis,	4 27 30 32	
Vera distantia Lunæ,	0 24 30 32	
Verus locus Solis,	6 24 31 44 Sub.	
Residuum,	5 29 58 48	

Defunt scrupul. 1', 12", quæ scrupula horaria 2' exigunt.